itermiſſione ſpatij donec natura confortet̄: ⁊ materia di/
geratur approximata euacuātia. Or ſi predicta euacuātia
nō ſuffecerint pre multitudine groſſicie ⁊ viſcoſitate ma/
terie nō eſt malū ſi ꝯfortetur cū alijs que materiā educāt
cū virtute: ⁊ ꝓprie in yliaca: ⁊ ſi trahāt ab alijs ad iteſtina
cito: ⁊ non retineāt cū ſua tarda ⁊ debili operatiōe in eis:
vt eſt agaricū in frigida: ⁊ aloes in calida. Confortet̄ ergo
cū colloquintida ⁊ ſpeciebus gumoruꝫ: ⁊ in calida cū dya
gridio rectificato: ⁊ alijs facile ⁊ cito ſoluentibus appro/
priatis: que in libro ꝯſolationis medicinaꝝ ſufficientius
habuiſti. Sint aūt ſi ſufficit q̄titatis pauce: ſic. n. ſoluen
do ſi qd̄ nocumentum extractione humorum ad ipa affe
rant: non durabit: ſed cito tranſeundo iuuamentum ilico
maius ſequetur. Et proinde talia per inferius poſita ⁊ cli
ſteriçata in colico ſunt meliora: q̄ per os ſumpta: ⁊ ꝓprie
ſi aliquam antiquam vel nouam egritudinem patiantur,

Euacuant enim a groſſis proprie inteſtinis: nec a toto cor
pore trahũt ad ea rem: de qua ſit curãdũ: nec debilitãt ſi-
cut illa. Ideoq; in cliſterib⁹ ſtãdũ: nec ꝑ os aliqd ex illis
ſumẽdum niſi ab alijs mẽbris ⁊ toto corpore aliqd iſluat
ipſis: vt ĩfra dicet̃ auxilio ſaluatoris: quo caſu ad cautelaʒ
fecũ ⁊ ſchibaloꝝ euacuationẽ oportʒ p̄mittere: vt ĩfra di-
cetur. Uomit⁹ quoq; ⁊ vomẽtia locũ in ea nõ hñt: niſi cũ
a ſtomaco: ⁊ a ſuperiorib⁹ inteſtinis aliquid ad ĩpa groſſa
mittat̃: qđ declarat grauitas ſupra vmbilicũ ⁊ nauſea: alr̃
aũt non cũ a vilibus traherentur ad nobilia qđ eſt maxie
vetituʒ. In yliaca vͦ egros oʒ ꝙ talia ſumant per os: ⁊ ꝓ-
p̄rie vomitiua. p̄mo. n. educũt a gracilib⁹ cũ ſint ſtomaco
aſſociata. deĩde cliſteria ĩponant̃ ad fecum eductionem ⁊
humoꝝ ĩferius tractionẽ: q̃uis cõmode nõ educant̃: ꝙ ſi
nõ ſufficiat per os. ⁊ fortiora ſumant̃ ſimplicia: ⁊ cõpoſita
que ĩfra ponem⁹: ⁊ ꝓprie cũ ab alijs ĩfluat illis vt dictum
eſt. Tempus aũt cliſteriçandi ⁊ ꝓpinãdi ſolutiua vẽtris
eſt cũ cibus iã digeſtus in ſtomaco fuerit: ne aliqd cruduʒ
trahat̃ ad ĩteſtina per cliſteria: ne quoq; medicina ſoluti-
ua vẽtris efficiat̃ vomitiua. natura. n. ſtomaci grauata ci-
bo ſupueniẽte farmaco ſolutiuo magis grauat̃: ⁊ moleſtat̃
q̃re ad vtriuſq; euonẽ: añq; dĩcẽdat: vomitu ĩcitat̃: ex quo
ipſa valde deijcit̃ a dolore precedẽte defecta: qđ in revite
valde timoroſuʒ eſt. Et q2 p̄dicta ſunt acuta ⁊ ĩflãmantia
maxime cũ corpora ex dolore ſint calefacta: ne leſio eorũ
ad p̄ncipalia trãſeat: ⁊ fumus ꝓprie cũ cliſteriçata: ſeu bi-
bita nõ ſoluãt: vel ſi ſoluãt nõ ĩferi⁹: ſed per os ⁊ ileon pro-
prie oʒ: vt p̄ncipalia cuſtodiant̃ cũ frigidis ⁊ ſtipticis aro-
maticis: puta cerebꝝ cũ oxirodino: cor cuʒ roſis ſandalis
ſpodio: ⁊ cãphora epithimatis. Epar cũ eiſdeʒ ⁊ ſtomacus
cũ oleo maſticino: vel de citonio: vel myrtino ⁊ pauca ma
ſtice ſuperaſperſa. Qꝫ ſi ſitim patiant̃ melius eſt tollera-
re ſi poſſibile eſt: ꝙ ſi nõ: parũ dabis ex granatis dulcibus
vel iuleb cũ calida aqua. Iuuat. n. talis pot⁹ cũ cito pene-
tret ⁊ humectet: ꝙ ſi cliſteriçata nõ ſoluãt: iuuent̃ per ĩfe
rius cũ colirijs: ⁊ per ſuperi⁹ cũ humidis mollificãtib⁹ ma
turãtib⁹ ⁊ abſtergẽtibus: vt eſt ius galli ſimplex vel com-
poſitũ: ⁊ deĩde cũ ſtipticis ⁊ põticis parũ ſumptis. ⁊ etiam
calida ꝓprie. Si vero cã ei⁹ fuerit ſtercus groſſum duruʒ
⁊ ſiccũ in iteſtinis ĩtercluſuʒ cura eſt due res. p̄ma eſt mol
lificatio duriciei: ⁊ ſiccitatis ipſius. Scđa ipſius mollificati
euacuatio. ¶ Primã rẽ ꝯplent mollificãtia ĩterius ⁊ exte
rius approximata. ĩterius aũt per os ſumẽdo iura pĩguia
carniũ: ⁊ ꝓprie gallinaꝝ: ſiue galloꝝ ſimplicia ⁊ cõpoſita
vt ſupra in antidotario noſtro diximꝰ ſpecies oleoꝝ. ſ. ſiſa
minũ violarũ: ⁊ amigdal̃. niſi adſit fe. tũc. n. loco ei⁹ dabis
in potu aquã ordei vel prunoꝝ: ſebeſten ⁊ iuiubarum ta-
marindoꝝ ⁊ leniẽtium: ⁊ alioꝝ fructuũ frigidoꝝ: ⁊ herba
rum: vt malue: viole ſicle: atriplicis ⁊ ſpinacioꝝ mucilagi
nes: fenugreci: pſilij ⁊ dactiloꝝ ſcđm ꝙ neceſſitas revoca
bit. Et ex ꝓprijs ⁊ expertis eſt mel caſſiefiſtule ſumptũ
⁊ cliſteriçatũ: cõplent. n. vtrãq; : ſʒ oʒ vt poſt hoꝝ ſumptio-
nem moueant̃ fortiter: ⁊ deſcẽdãt detẽta. ⁊ feces faciant
deſcẽdere detinẽtes ⁊ cliſteria ſi oʒ. deĩde cũ predictis.
Exterius empl̃a ⁊ vnctiones ⁊ fomẽtationes ex p̄dictis: ⁊
fricatio tractatiua vẽtris cũ manibus: ⁊ oleis p̄narratis.
¶ Scđam rẽ ꝯplent p̄dicta draimia: riptica: ⁊ ſolutiua cli-
ſteriçata: ꝓprie vel per os ſumpta. put diſpõ exigit. Sed
ad perfectã curã. ⁊ in via preuiſionis a recidiua oʒ vt cauſa
ſiccitatis ⁊ indurationis. fecum auferat̃ oĩo. ſi ergo cauſa
ſiccitatis ei⁹ fuerit cib⁹ ſicc⁹: ⁊ paucus cibet̃ cũ predictis.
herbis cũ carnibus coctis pinguib⁹ ⁊ iuribus ĩparuʒ. Aut
ante cibũ p̄mittant̃ fructus maturi lubrici nõ ventoſi. vt
carice pruna ⁊ perſica ſicca. deĩde multiplicent̃ cibi nutri
mẽti multi noti. Si vͦ multa caliditas ſtõi ⁊ iteſtinorum
deſiccãs ⁊ ꝯdẽſans ſic predictis oʒ vtaris recẽtibus ⁊ fri-
gidiorib⁹: vt lactucis: ſpinacijs: attriplicib⁹. blitis ſolatro
portulacis: mucilagine pſilij. ⁊ melone indo. Et cibes cuʒ
gelea ⁊ aqua ordei potabis cum ĩfrigidata vino limphato
cũ ipſa. Si aũt cauſa fuerit fortitudo retẽtionis: ⁊ debili-
tas expulſionis iteſtinoꝝ miniſtrabis predicta lubrica.
q̄bus admiſcebis aliqua acuta moleſtãtia. vt porrum ce-
pas ſiclã. ⁊ alea cũ multo ſale. Et ſi cum debilitate ſenſus
fuerit. miniſtret̃ in ſolutione eius yera ⁊ agaricũ: yera her
metis: ⁊ pillule de ſerapino. Et ꝯfortabis deinde naturaʒ
⁊ ſpũm cum tiriaca ⁊ metridato dyamarte: odoricon ⁊ ſa-
genea. Et cibabis eos carnib⁹ laudabilib⁹. Sil̃r ſi fuerit
ex debilitate in lacertis vẽtris. Si aũt illud ſit: q2 colera
vt ꝯſueuit nõ mittat̃ ad iteſtĩa corrigat̃ oppilatio epatis:
⁊ pori ciſtis: vt ſuperi⁹ in epe dictũ eſt. Si vͦ ſiccitas fe-
cum ex multa ꝓuocata vrina fuerit: extrahe feces cũ pre-
dictis. deĩde miſtra ea que minorãt vrinã nõ cũ retẽtione
vẽtris. vt ſunt çarur: bdelium: mechiũ excorticate lentes:
⁊ põtica que ꝑ ſe faciũt: ſʒ que minorãdo vrinã leniũt naʒ
vt ſunt dactili: paſſule dulces. penidij: caſſia: ⁊ ſilia: que il-
lud per accidẽs operant̃. Si quoq; ex raritate ⁊ reſolu-
tione corporis illud accidat. prohibeat̃ reſolutio: ⁊ ſudor.
ꝑut ſupra in cura cordis diximus. Et cibet̃ groſſis ⁊ viſco
ſis q̃ntũ poterit tollerare: ⁊ expõat̃ vẽtis ⁊ irroratõib⁹ fri-
gidis: ⁊ getibus. ⁊ ab artibus laborioſis abſtineat conſue-
tis. Simil̃r aũt ſi ex lapide fuerit dolor cauſat⁹ predictis
humidis ⁊ lubricis ac abſtergẽtibus corrigatur ⁊ educat̃
q̄bus admiſcẽda ſunt aliqua ex frãgentibus lapidẽ in re-
nibus ⁊ veſica: ſi. n. in remotioribus lapidẽ frãgunt multo
magis in ꝓpinquioribus iteſtinis. Sed ſi ex vermib⁹ cuʒ
ĩterficiẽtibus ⁊ educẽtibus ꝑut ĩfra in cura eoꝝ dicemus
porro ſi ex ventoſitate ĩtercluſa: ⁊ perforãte cũ extenuan
tib⁹ ĩterius ⁊ exterius approximatis ꝓcedes: ꝑut ſupra in
cura ĩflationis ſtõi: epatis atq; ſplenis plenius dictũ eſt.
Si vͦ ex vẽtoſitate torquẽte iteſtinuʒ cura erit: vt ſituet̃
ſupinus in loco tẽperato: ⁊ manibus inunctis cuʒ oleo de
enula: vel nardino: vel caſtoreo fricet̃ venter leuiter: ⁊ cũ
tactu ſubtili adequãte inteſtina: ⁊ reducẽte ipſa ad ſitum
⁊ ſtatum priſtinũ: deĩde extenuãtia ⁊ reſoluẽtia miniſtrẽ-
tur p̄dicta ſuperius ⁊ ĩferius cum cliſteri: qđ cruribus ele-
uatis ⁊ cõpreſſione ſuaui manus repellat̃ ad ſuperiora vt
perueniat ad gracilia iteſtina. deĩde vẽtoſetur locus: ⁊ ꝓ-
pinet̃ oleum de kerua cum vino albo: vel rutaceum loco
eius: ⁊ vngat̃ ex eis dorſum: ⁊ ſtringant̃ crura fortiter val
de. Qꝫ ſi cã fuerit humor melãcolicus: lʒ raro contingãt
educat̃ cum proprijs cliſteriçatis: vt ſunt ſticados: polipo
dium: epithimũ: cortices radicũ mori: borago: bugloſa: ⁊
ſuccus eaꝝ cum dyaboriginato: ⁊ dyabugloſſato: ⁊ dyaſe-
ne: ⁊ ſumptis: vt eſt decoctio epithimi: pillule de lapide la
çuli: ⁊ lapide armeno: ⁊ colirijs factis ex eis: iuuentur: ven
ter quoq; : ⁊ ſplen euaporet̃ ex armel: ſticados: origano: ⁊
camomilla in aceto decoctis: ⁊ ꝓprie cum a ſplene ĩfluit
iſtis. Et ſi q̄dem ſanguis cõgelatus fuerit. euacuet̃ cum
diſſoluentibus ⁊ educentibus: ꝑut in ſtomaco diximus.
Si ãt ſit apoſtema cauſa eius ſtudebis curare apoſtema
ſcđm diuerſitatem ſpecieꝝ eius. ꝑut ſupra in ſtomaco di-
ximus. Et ſi ꝯtingit plurimũ ꝙ predicte cauſe ſimul con-
ueniãt in caliditate doloris. quare oportʒ vt⁹ predictis ſi-
mul medicinas commiſceas: vel nunc vnam. nunc aliam
miniſtrabis. Et quoq; ſi ex ruptura ⁊ deſcenſu inteſtino
rum in oſſeum dolor cauſetur cura erit due res. prima eſt
inteſtina ad locum propriuʒ reducere. Fit autem cũ mol
lificantibus cataplaſmatibus. deinde cuʒ eleuatione cru
rium: ac manuũ cõpreſſione ſuaui replente ſuperius.
¶ Scđa eſt rupturam regere cum ligaturis ⁊ conſolidã-
tibus emplaſtris: ⁊ per os etiam miniſtratas. Et ſi q̄dem
cauſa eius fuerit ſolutio continui inteſtinoꝝ: ⁊ fuerit ex

cā exteriori.puta vulnere ⁊ ꝑcuſſione ſcindēte ſi penetret
vſq; in vacuū ipoꝝ eſt mortale.Et maxime ſi in gracilibꝰ
fuerit. Jngt.n.hyppo. Si inteſtinoꝝ incidatur aliqđ gra/
ciliū nō ꝯglutinatur nec ꝯſolidatur. ſi vero nō pertrāſeat
in ꝓfundum cum ſtipticis ⁊ cōglutinātibus regatur que
īfra dicētur ſectione ſcđa. Et ſi fuerit vlcus mundificare
opꝫ ꝑmum:deinde conſolidare. Si aūt a cauſa interiori
fuerit.puta ab hūore acuto pungēte actu:⁊ ſoluente effu/
ſo ⁊ colecto in īteſtinis: tūc dolor erit nō de genere colice
vel yliace vere:ſed mēdoſe:⁊ ꝓprie eſt de genere punctio/
nis:⁊ erit dolor pūgens in cuiꝰ cura excitaī ex eo.ſ.ꝙ ipoꝝ
īteſtinoꝝ dolor plurimū ex cauſa frigida ꝓuenit humoro
ſa ⁊ vētoſa:ac ſecū conſtipatione:qbus calida approxima/
ta vt ꝑdictum eſt iuuamētum preſtare ꝯſueuerunt:⁊ frigi
da nocumētum. Proinde ꝓcedunt ad eius curaꝫ cōmu
niter ſtolidi ⁊ īprouidi medici cū calidis ⁊ aperiētibus ex
qbus dolor exaſperaī:⁊ acuiī cuꝫ ex eis talis humor ſub/
tilietur:⁊ inflētur:ac buliat: curratq; ad īteſtina effrenꝰ:⁊
trahaī:⁊ ꝓprie cum ab epate ⁊ ciſtifellis:vel toto corpore
influat illis. Recta itaq; cura eſt:vt talis hūoris comple/
xio adequeī:⁊ obtundaī eius acuitas ⁊ ſubtilitas inſpiſſe
tur ⁊ cōſtipenī vie per quas īfluit.Conforteī inteſtina ⁊
educaī qđ fluxit.⁊ hoc ꝑmum cū rectificatione regiminis
⁊ cōuerſione ipſius ad frigidū ⁊ humidum qđ eſt notum.
Et cū frigidis humidis leniētibus: etiā cliſteriçatis prius
⁊ ſumptis deide.Et ꝓprie in colica:qualia ſunt viole:mal
ue:iuiube:pruna:ſebeſten:furfur:fenu grecū:⁊ ſicla cliſte/
riçata cū oleo violato:çuccaro violato:⁊ caſſiafiſtula. Et
ſumanī pruna perforata cū acu:⁊ infuſa cū iuleb.criſomi/
la ⁊ perſica:caſſiafiſtula:tamarindi: tereniabin: aqua fru/
ctuum:⁊ ſyrupus violatus:vel de ſucco ro. cū aqua ordei:
⁊ granatoꝝ muçoꝝ. Deinde pōtica nota.que ꝯprimendo
effuſam humiditatē exprimāt ⁊ educāt: ⁊ īfluentē ab epa
te ciſti:vel toto corpore cōpeſcēdo retineāt:quo caſu epar
⁊ ciſtis:⁊ totū corpus rectificeī:ꝓut in cura icteritie dixi/
mus. Cliſteribus quoq; addanī oleū onfancinū vel roſ.
ſuccus portulace:aqua ſumach: virge paſtoris:ſpodium ⁊
adeps irci.⁊ ſimiliū: vt anatis ⁊ galline.Et ſi materia ibi
bita fuerit:adminiſtrabis cū eis yeram ⁊ ſcamoneaꝫ cum
pillulis de aloe. Et ſi expediat admiſcebis illis ſtupefaciē
tia.⁊ ꝓprie tiriacā nouā:quoniam ꝯfert cauſe īprimenti ⁊
precipiēti:vt ſupra dictū eſt. Et ſi qdem ſuperius petens
īpetum faciat ad os ſtōi:⁊ vomitus ꝓuocetur ſi facile ſit
ſi vero nō īferius trahaī cliſteribus: fricationibus extre/
morum: ⁊ ligaturis doloroſis: fomentis mordentibus ⁊
vētoſis. Si qdem humor talis ſalſus fuerit.miniſtrabis
cū illis ſubtiliātia ⁊ abſtergētia qualia ſunt cartamus.ſuc
cus alubleb:⁊ ſicle.⁊ baurach:⁊ ſal in q̄titate:ſuperius ve
ro ſiclam decoctā:⁊ almuri: cappares quoq; ꝯditos cū ſa/
le ⁊ aceto:⁊ yere admiſcebis agaricū ⁊ colloquintidam. ⁊
ſimilia.Stercus quoq; adib dabis qđ eſt huic egritudini
ꝓprium.ſit aūt in vino diſſolutū ⁊ inunctū cū oleo nardi/
no:⁊ ſuſpenſum in collo etiā cum filo de lana aialis:qđ lu
pus comedit. ⁊ ſit illud qđ comedit oſſa: ⁊ illud eſt albuꝫ:
⁊ in rubis inueniī ſuſpēſum.Et ex eis eſt cornu cerui adu
ſtum cū vino in potu ſumptū:qm̄ ſedat ſtatim.Si vō cau/
ſa eius fuerit acutus cibꝰ vel potus prouocetur vomitus
cū aqua tepida:⁊ oleo ſiſamino:vel butiro:⁊ ꝓpinetur lac.
ꝯuertatur quoq; regimē ad frigidum ⁊ vnctuoſum. Qꝫ ſi
cauſa eius fuerit ſanies a ſpiritualiū vlceribus miſſa:cura
eſt due res. ꝑma eſt mūdificatio ſaniei cū cliſteribus pre/
dictis abſterſiuis ꝓprie.ſcđa eſt vt vlcera ſpiritualiuꝫ me
diceī.ꝓut ſupra in ꝑma ſectione dictuꝫ eſt. Si vō ſit hu
mor a cerebro miſſus:cura eius erit cura catarri:quā ſupe
rius diximꝰ. Si vō a toto corpore: vt in yparia ⁊ ſimilibꝰ
cura erit cura yparie ⁊ fluxus liquefactiui: de qbus ſubſe

quēter dicemus auxilio ſancti ſpiritus.Si vero compreſ/
ſio ex vicinis aꝑatis. vt epatis ſplenis ⁊ lacertoꝝ almirac
cura eſt cura aꝑatis illoꝝ membrorū:que ſuperius dicta
eſt. ſcđa eſt mūdificatio ⁊ confortatio inteſtinorum. Si
vō cauſa doloris fuerit cōpaſſio ad renes lapidē habētes:
cura erit due res. Prima erit cura lapidis renū quā īfra
ponemus. Scđa eſt mūdificare inteſtina a ſupfluis:⁊ cō/
fortare ne debilitate retineāt ſuperflua ⁊ colicā veram: ⁊
ꝓpriam incurrāt.Si vō paſſio eius ſit ꝯpaſſio ad cerebꝝ
apoſtematū. ⁊ neruos patiētes ſpaſmū vel tetanum cura
erit cura apoſtematis cerebri.quam premiſimus:⁊ etiam
ſpaſmi. Si vō a cauſa exteriori accidat que plurimuꝫ eſt
yliace: vtputa mala ꝯplexione frigida ⁊ pura īpreſſa a po/
tu vel balneo aque frigide vento ſeptētrionali:vel ſeſſio/
ne in lapide frigido: cura erit due res. ꝑma eſt vt auferaī
cauſa.ſcđa eſt vt calefiant īteſtina per cibos ⁊ medicinas
calidas intus ⁊ extra:⁊ per omnem modū approximatas:
prout in cura male cōplexionis frigide ſtomaci diximus
Si vero ab aere peſtilēte accidat: Cura eiꝰ eſt:quā ſupra
in cura egritudinū cordis diximus. Similr̄ ſi a veneno
ſūpto cura eſt quā ibideꝫ prediximus. Si vō fiat a cibis
ſtipticis ⁊ pōticis ꝓprietatem habentibus colicam com/
mouere atq; cauſare:cura erit illos educere cum lubricis
⁊ ꝓuocatione vomitus: ⁊ proprie in yliaca. Regimē autē
ordinandum ē duplex: vnum ē curatiuum ⁊ aliud preſer
uatiuum. Curatiuuꝫ ē vt regantur in aere temperate ca
lido:ne fortitudine doloris ⁊ calore aeris reſoluantur.
Exercitentur pedibus vel manibus: vel reuolutionibꝰ in
ſtratu quātum poſſibile eſt:⁊ dormiant.deinde quantum
oportet ꝓprie poſt ſolutionem ventris:⁊ ſupra inanitiōeꝫ
niſi a cauſa calida fuerit.abſtineāt vero ⁊ ſitiant quātum
tollerare valent.donec repletio corrigatur.⁊ ꝓprie ſi a fri
gida cauſa fuerit ⁊ ventoſa:⁊ tunc ſufficit eis ius cicerum
⁊ galloꝝ antiquoruꝫ ⁊ panis furfuraceus ſiccus cū aleis:
⁊ vinū antiquum ⁊ aliqđ ex extenuātibus ventoſitatem.
Halie.vero ait ꝙ operarioꝝ qdam cū ſentiebat colicū do
lorem cingebat ſe nō prius cinctus. Comedebat aūt cum
pane alea nullā derelinquens ꝯſuetam geſtioneꝫ. bibebat
aūt per totū diem nihil:ad veſpeꝝ vero meracius. deide
dormiebat per totam noctē:mane vero ſurgebat omnino
īdolorabilis. Sic ergo alendi ſunt niſi ad reſolutionem
ꝑducantur ꝓpter doloris vehemētiam.⁊ euacuationeꝫ:⁊
ꝓprie in iliaca.Tūc.n. oportꝫ vt cibus ſit facilis digōnis:
⁊ boni nutrimēti lenitiuꝰ lubricus ⁊ abſterſiuus: ſicut eſt
aqua carnis diſſolute vel diſtilate:⁊ colate.⁊ ꝓprie colum
boꝝ iuuenum nō pinguium:⁊ gallorum iuuenum. vitella
ouoruꝫ ſorbiliū:medule diſſolute in iure vel vino.⁊ qñq;
opꝫ in iure eorum vt ponaī carthamus:⁊ alubleb.ſemen
vrtice.⁊ polipodiuꝫ:turbit: vel ſcamonea diſſoluta:prout
īuitat neceſſitas. Et cōdire cibaria cuꝫ porro aleo.⁊ ſale:⁊
ſpeciebus:puta cinamomo:çinçi.origano:pipere.cimino ⁊
aniſo. Et ex fructibus cōcedanī carice paſſe dulces ⁊ ca
pares cōditi cū aceto.Et ex oleribus ruta ſicla ſinapis.vi/
tent vero groſſa viſcoſa frigida ſtiptica ꝯſtipantia ⁊ vēto
ſa. Si vō a cauſa calida fuerit qes eſt magis conueniens
⁊ ſomnus ſupra repletioneꝫ.nec nō plurima abſtinentia ⁊
cibus hūidus leniēs ⁊ lubricus frigidus: vt eſt ius herba
rum ⁊ fructuū ꝑdictorum ſupra in cura pungitiui doloris
⁊ potus aque ordei. Uitent vō ſtiptica ⁊ pontica: niſi cum
cauſa illa influat inteſtinis ex alio:tunc.n.ibi cōpetunt. vt
ſuperius dictū eſt.Et cibꝰ difficile corruptibilis vt factus
ex cōdro in aqua decocto imiſſis granis maloꝝ granato/
rum ſicut Hal.oſtendit. Et potus etiā frigidus nō veri fri
goris ſi ſiticuloſus:⁊ hora eſtatis fuerit. Sed ius galli de/
crepiti negatur oīo.inanitio eſt cōis ⁊ cotidiana cū ꝓprys
repletio eſt nociua:⁊ retētio fecis ⁊ vētoſitatis petētium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0332-3

ꝑitum. Anime vero accidentia per ſe nocent generaliter
omni ex omni cauſa inquantum naturam exterminant ⁊
debilitāt. Per accidens aūt ꝯferūt inquātum naturaz in-
flāmant ⁊ infrigidant: ⁊ diſtrahūt a dolore. Specialr̄ aūt
ꝯferūt vt ira ⁊ idignatio in eo qui eſt ex cauſa frigida. gau
dium vel triſtitia ⁊ timor in eo qui eſt ex calida. Si v̄o ab
apate fuerit regat̄ ſicut in apate ſtomaci dictū fuit. Regi
men vero preuiſiuum īfra ponemus auxiliāte xp̄o. Circa
correctionē vltimo accidentium īſurgētium eſt īſtanduz
ſcd̄m diuerſitatē ipſoꝝ: quorum vniuſcuiuſq̄ queres cu
rationē in ꝓprys capitulis: vbi de eis dictū eſt. vel īfra di
cetur. Poſitis igenys curationis ad dolorē ventris: ⁊ ſpe
cies eius: atq̄z numeratis ſimplicibus medicinis qbus cō
pleri hūt ⁊ debēt: ad ſubiunctionē medicinaꝝ ꝯpoſitaruz
deueniemus: qbus valeāt vbi ſimplices nō ſufficerēt p ſe
cōpleri. ¶ Sciēdum ergo: ꝙ ex eis quedā ſunt enemata
quedā coliria: quedā vomitiue: quedā ſyrupi: quedam ele
ctuaria: quedā trociſci: quedā potiōes: quedā pillule: que-
dam emplaſtra: quedā euaporationes: quedā vnctiones:
quedā balnea: quedā olea: ⁊ quedā ventoſe. Et ex enema
tibus: quedā ſunt ad frigidaz ⁊ flegmaticā: ex quibus eſt
qd̄ digerit: ⁊ eſt. ℞. floruz camomille: mellilloti: abſinthy:
paritarie: calamēti: origani: malue: an̄. M. i. fenu greci: ſe-
minis lini: an̄. ℥. i. caricaꝝ. x. iſopi. ℥. i. cimini: aniſi: feniculi:
an̄. ℥. ſ. furfuris partē. i. buliant in aqua fontis: ⁊ in tribus
partibus particularibꝰ diſſoluantur mellis cōis. ℥. y. olei
anetini. ℥. y. ſalis cōmunis qd̄ ſufficit. Oportet aūt vt for
ma cliſteris ſit ſcd̄m meliorē modum: ⁊ eſt vt foramē eiꝰ
cāne ſit ita largū: vt cito inyciat̄: ⁊ quātitas eius ſecūduz
ꝗtitatez corporis ⁊ etatis ſilr̄: ⁊ enema: ⁊ ſit calidū in hoc
caſu tepidū in alio nō frigidum. Tempus eſt dictū ſupe-
rius. vt cū iam digeſtus fuerit cibus: ⁊ pertrāſierit: ⁊ eſt ſe
cūdum Hali. poſt ſex horas ſumptiōis ipſius ⁊ plus. Sitq̄z
modus iniectionis ſuauis. Ad hoc igit̄ canella cliſteris in-
ungatur oleo dulci: ⁊ ipellat̄ enema cū expreſſiōe ꝯtinua
vt aer nō ſimul ipellat̄ cū eo: ⁊ ſuaui ī colica. forti ī iliaca.
Sitq̄z corpus ſupra genua: ⁊ inclinato capite ſituatuz. Et
qn̄q̄z opz eleuare crura. vt ad ſuperiora melius ipellatur
Sitq̄z ſituatus īfirmus ſupra vētrem. in colica vero ⁊ ilia
ca: ſupra renes ⁊ dorſum. in colica non vera ⁊ nefretica:
vel ſupra latus patiens. Deinde venter manibus frice-
tur ⁊ moueat̄: ⁊ ꝗ̄ diutiꝰ poteſt toleret̄. deinde v̄o emitta
tur ꝙ ſi nō exeat colirio iuuet̄. ꝙ ſi nō ſuffert repetat̄ cli-
ſtere: cui addat̄ plus ſalis. vt excitet expulſiuaz. Et qn̄q̄z
oz admiſcere calidiora aliqua ex predictis: que magis ex
pediūt. ¶ Aliud ſolutiuū ex īuentione noſtra. ℞. mercu-
rialis: aſari: ſticados: malue: camōille. abſinthy: ⁊ naſtur-
cy: vrtice: paritarie: cētauree minoris: rute ſicce: an̄. M. i.
polipody. ℥. y. aniſi: ſemis aneti: an̄. ℥. ſ. carthami: collogn-
tide: panis porcini: an̄. ℥. i. buliāt in aqua fontis: ⁊ in partes
diſſoluant̄ mellis cōmunis. ℥. y. caſſie fiſtule. ʒ. i. yere pigre
℥. ſ. baurac. ʒ. i. olei de been. ℥. i. educit. n. fl̄a: ⁊ ventoſitatē:
⁊ ſedat dolorem colice: ⁊ yliace: ⁊ ſanat ſi xp̄s voluerit.
¶ Aliud. ℞. baurac. ℥. i. tere ⁊ diſſolue in aq̄ rute vel oleo
eius. ⁊ cliſteriça: expertū eſt. ¶ Aliđ. ℞. aſari: cētauree: ru
te ſicce: ⁊ ſemis eius: an̄. M. i. buliāt in oleo antiquo cum
collogntide. pulpe. ℥. ſ. ⁊ cliſteriçet̄. Et qn̄q̄z addit̄ yera
qn̄ materia eſt in rugis ītestinoꝝ: ⁊ tunicis īterclusa ⁊ iui-
ſcata educit. n. eā facile. ¶ Aliud. H. ad colicā vētoſaz. ℞.
ſemis apy: aneti: dauci: rute: ⁊ ciperi: an̄. ℥. i. buliant in oleo
antiquo vel ſubtilis ſube. Deinde colent̄ ⁊ in colatura diſ
ſoluant̄ adipis anatis. vel anſeris: vel galline liquefacte
℥. y. ⁊ imite. ſedat. n. dolorē: ꝙ ſi nō ſedauerit rurſus imit-
tēdum eſt idē. Qz ſi nō ſedet̄ iteꝝ adde illi caſtorei pulue
riçati. ʒ i. Et ſi cū hoc nō ſedet̄: adde opy. ʒ. ſ. Et qn̄q̄z cū
ſolo oleo rutaceo cliſteriçātur. Et qn̄q̄z admiſcetur bace
lauri. ℥. i. ¶ Aliud ſerapionis laxatiuū hūoris flatici. ℞.
camomille: aſce: violaꝝ ſiccarū: ſebeſten: ficuū: ſemis lini:
altee: an̄. partē. i. Decoquant̄ in lib. iiy. aque: donec rema
neat lib. i. ⁊. ſ. ⁊ colet̄. Et fundant̄ ſuper eā olei mirtini. ℥.
y. ſalis. ʒ. y. baurach. ℥. ſ. muri ⁊ çuccari: an̄. ℥. y. Et cliſteri
çetur cū eo tepido. valz ad colicā cū febre acuta: cuius nā
eſt ſicca. Et cū fl̄a ex alys īfluit illis: adde macē. ¶ Aliud
ad dolorē colice frigidū abſq̄z febre: miſceat̄ collogntide
cū predictis rebus. ℥. ſ. Deide decoquant̄ ⁊ colent̄. deide
ſumat̄ caſtorei: aur. ſ. ⁊ collogntide trite. ʒ. i. ⁊ q̄rta. cētau-
ree. ʒ. y. mellis. ℥. y. ſalis triti. ʒ. y. baurach. ʒ. ſ. Cliſteriçet̄
cū eo tepido. Et ex hoībus ſunt qui addunt ſerapinū: bde
liuz: armoniacū: ⁊ oppoponacū. ¶ Aliud ad colicā ex ver
mibus. ℞. cētauree minoris: agarici: abſinthy: carui: gra-
noꝝ lupinoꝝ in ꝗtitate cōueniēti diſſoluant̄: fellis tauri-
ni. ℥. ſ. olei amigdalaꝝ amaraꝝ: ⁊ baurac qd̄ ſufficit. Et cli
ſteriçet̄ precedēte cliſteri ex lacte: vel ex hidromelle. Et
aliq addūt yeram. ¶ Aliud ad colicā flegmaticam ex re-
tentione fecis. ℞. origani: ſticados: aſari: cētauree: malue:
altee: ſemis lini: an̄. partē. i. aniſi: feniculi: carui: ſemis ru-
te: an̄. ℥. ſ. olei amigdalaꝝ dulciū: baurach: ⁊ ſalis cōis qd̄
ſufficit: mellis violati. ℥. i. ⁊ cliſteriçet̄. Et ſunt aliq qui ad-
dunt ſuccū ſicle: ⁊ ꝓprie cū flegma a capite ꝓfluit inteſti-
nis. Et deinde ſi oz ſupponat̄ cū colirio de pane porcino.
¶ Aliđ abſterſiuū in aqua maris buliāt furfuris: frumē-
ti partē. i. ireos: ariſtologie rotūde: caricaꝝ an̄. ℥. i. ſterco-
ris colūboꝝ: ſtercoris canis comedētis oſſa: an̄. ʒ. y. diſſol
uant̄ in aqua p̄dictoꝝ. ⁊ terbētine: ⁊ baurach: an̄. ʒ. y. mel
lis rubei. ℥. y. olei de been. ℥. i. ⁊ fiat cliſtere. deide ſi expe-
diat ſupponat̄ cū radice brionie. ¶ Aliud ad frigidā co-
licaz abſq̄z mā. ℞. olei antiqui ſimplicis ſcd̄m Hal. ⁊ eo tē
perato cū adipe anatis fiat cliſtere. calefacit. n. ⁊ nō trahit
Et qn̄q̄z miſcet̄ cum alchitran. ʒ. y. Et qn̄q̄z buliāt in eo.
abrotani: calamenti: pulegy: ſambuci: aſce: aneti: radicis li
ly: an̄. ℥. i. ⁊ cliſteriçet̄. Et aliqui faciūt p̄dicta in vino vino-
ſo antiquo bulire. Et aliqui cliſteriçāt ſolū cū oleo ſambu
cino: vel de rafano. Et calefiat ſępe vēter cū pāno calido.
Et qn̄q̄z cliſteriçat̄ fimus colūbinus: ⁊ ꝓprius canis cum
ſucco camomile. ¶ Aliud ad colicā ex ſiccitate. ℞. extre
ma aīalium humidoꝝ. vt capita: ⁊ pedes agnoꝝ: edoruz ⁊
arietū iuuenū. ⁊ buliāt in aqua: ⁊ in parte diſſoluatur olei
ſiſamini: vel amigdalaꝝ dulciū. Et cliſteriçent̄: ⁊ aliqui
cū iure gallinaꝝ pinguiū: ⁊ aliqui cū lacte aſine: cliſteriçāt
humectāt ⁊ īpinguāt. ¶ Aliud raſis ad colicaz calidā ex
īfuſiōe colere ad īteſtina. ℞. olei roſati. ℥. y. ⁊ diſſoluatur
in aqua decoctiōis violaꝝ: ⁊ cliſteriça. Et accipe oleum ci
tonioꝝ: ⁊ cū aqua violaꝝ ⁊ ſumach: miſce ⁊ ſuperadde ſpo
dy. ʒ. y. ⁊ cliſteriça: ⁊ ſi ꝙ īfluit fuerit flegmaticū ſuperad-
de macē: myrrā: ⁊ charabe loco illoꝝ. ¶ Aliud ad colicaz
ex apate frigido. ℞. olei laurini. ℥. i. olei ð oliuis partes. y.
adipis anſeris. partē. i. cliſteriça. Eſt. n. mirabile ſcd̄z abo.
Et ꝯſequēter adhibe empl̄a facta ex abrotano ⁊ aneto: ſq
nanto ⁊ mellilloto: ⁊ reliqs: qbus curat̄ tale apoſtema.
¶ Aliud Iſaac ad frigidam flegmaticā ⁊ vētoſam. ℞. ca
momille: aneti: an̄. ℥. i. ſ. cētauree: ligritie: ſemis lini: ⁊ fenu
greci: an̄. ʒ. x. apy: ameos: calamēti: meu. croci ortēſis an̄. ʒ.
iy. caricaꝝ octo. coquant̄ in aqua: ⁊ in partes tres mittes
mellis. ℥. i. obſomogare: olei oliuarum: ſiſameleon: an̄. ʒ. i.
ſambucini: lenticuleon: an̄. ʒ. ſ. nitri. ʒ. i. Et fiat cliſtere. Et
ex eis que valde conferunt. eſt emplaſtrum de abrotha-
no factum cum aſpalto. Et emplaſtrum noſtrum factum
de granis lauri. Ad colicā aūt melancoliam cliſteriçatur
polipodium cum ſale indo: ⁊ epithimo: boragine bugloſſa
⁊ melle. Et ex colirys eſt coliriū Almanſoris. ℞. ſalis. ʒ. y.
colloquintide: ſcamonee. an̄. ʒ. i. ⁊. ſ. mellis qd̄ ſufficit: ⁊ de
coquatur vſq̄z ad ſpiſſitudinē decentē: ⁊ fiāt inde coliria.

¶ Aliō ex radice brionie vel radice pāis porcini iunctis
cum oleo anetino. Et valet ad frigidā flegmaticā ex fece.
¶ Aliud ex litio. ℞. lity. ʒ.i. myrre: ſtoracis: calamite: opy
thuris: aā. ʒ.i. croci. ℈.ſ. Cōfice cū ſucco arnogloſſe: ⁊ ipo/
ſitū teneat̄ per horā ſedat dolorē: ſtringit materiā: ⁊ dor/
mire facit. ¶ Aliud qḋ diſſoluit vētoſitatē. ℞. cimini: fo/
lioꝝ viridis rute: aā. M.i. buchormarien: ⁊ eſt radix pire
tri: vel mali terre. ʒ.ij. nitri. ʒ.v. pulueriçent̄ ⁊ cōficiant̄ cū
melle: ⁊ coquant̄ ad ſpiſſitudinē. Et fiāt coliria: ⁊ vngātur
oleo de ruta: vel nardino: vel de kerua: ⁊ imittant̄ cū opꝫ
¶ Aoli Abo. ℞. ſtercoris ſoricini: ſalis gēme ⁊ baurach.
aā. ʒ.v. terant̄ ⁊ miſceant̄ cū melle. ℥.ij. ⁊ coquant̄ ad ſpiſ
ſitudinē: ⁊ inungant̄ oleo: ⁊ imitantur. ¶ Confectio ſup
poſitory que ſoluit vētrē. cōteritur. n. ⁊ ꝓycitur in cliſteri
ſolutiuo: ⁊ noīatur ſuppoſitoriū album a Raſi. ℞. bacarū
ʒ.x. collogntide: nitri: bdely Serapini: ana. ʒ.v. ſcamonee
ʒ.ij.ſ. Et fiat coliriū ex eis. ¶ Aliud abo. Cōteratur ruta
cum aqua mellis donec fiat ſicut illud de quo fit linimen
tum: ⁊ ponat̄ medietas ipſius de cimino ⁊ quarta pars de
nitro: ⁊ ſumat̄ glans lōgitudinis. vij. digitoruꝫ: vel fiat ex
oleo rutaceo cū caſtoreo ⁊ melle: felle vaccino ⁊ baurach
ana. aur. ſ. ſerapini: bdely: colloquintide ⁊ altee: aā. ʒ.iiij. ⁊
fiat ex eis glās: valet ad ſiāticā ⁊ ventoſam. ¶ Uomitiuū
bonum ad yliacā frigidā: vinum grecū ſimplex vel ſianū
ſimplex vel ſclauū: ſicut eſt vel calidū vel aqua cepe narci
ſci: ſemis rappaꝝ vel rafani ma. ſimplex: vel cū aceto ſql/
le: ⁊ vinū īfuſionis aſari: per noctē aā: ⁊ aqua nucis vomi/
ce vel īfuſionis elebori albi. ¶ Aliud ad colicā. ſumatur
aqua decoctionis attriplicis. Et bibat̄ ſola. vel cum aceto
⁊ oleo violato. ¶ Aliud ad vētoſam. ℞. carui: ſemis ane/
ti. ⁊ rute: ⁊ buliāt in aqua: ⁊ tepida cū oleo de neriden: vel
de enula ſumat̄. ¶ Aliud vomitiuū: ⁊ eſt Raſis: ⁊ eſt for
te. ℞. tartari: nucis vomice: nigelle: ſemis rafani ⁊ aneti:
aā. eqľr. ſalis idi: baurach: aā. ptē. ſ. doſis. ʒ.iiij. cū tepida.
Et qñq3 additur in ea. ʒ. quarta de condiſi. ¶ Syrupus
cōferens colice ⁊ yliace: flegmatice ⁊ vētoſe. ℞. calamēti:
origani: iſopi ortēſis: creçi ortēſis: ſanſuci: aā. M.i. ſiſcle/
os: aniſi: feniculi: carui: ſeminis apy: rafani: aā. ʒ.ſ. radicis
enule. ℥.ſ. ireos. ℥.ſ. meu. fu. aniſi: acori: aā. ℥.ſ. ſquināti: ſe/
minis vrtice: aā. ℥.ſ. floꝝ roriſmarini: boraginis: ⁊ bugloſe
aā. ℈.i. mellis cōmunis diſpumati libr. ij. aceti ſquillitici
℥.iiij. in pecia buliāt. çinçib. galāge: gar. aā. ʒ.ij. ſpice. ʒ.i. Et
qñq3 ſufficit ſyrupꝰ ex melle ſqllitico cū geleniabin: aā. ℥.
i. cū aqua aniſi: ⁊ feniculi. Idem operatur ſyrupus de iſo
po ⁊ calamēto: quoꝝ deſcriptiones poſuimꝰ in antidota/
rio noſtro. ¶ Syrupus ꝯferens colice ⁊ iliace calidis. ℞.
endiuie. lupuľ. lactucaꝝ: portulacaꝝ: trifoly: cimaꝝ rubi:
criſolocāne: acetoſelle: aā. M.i. prunoꝝ: ſebeſten: iuiuba/
rum: aā. xxx. ligritie: violaꝝ: roſ. aā. ℥.i. çuccari: libr. i. ſuc/
ci citonioꝝ: ⁊ aque ro. aā. ℥.ij. in pecia rara buliāt: ſpody:
ſandali: vtriuſq3 aā. ʒ.ij. ſucci granatoꝝ muçorum. ʒ.ij.
Et quādoq3 ſufficit ſyrupus violatꝰ ſimplex: vel de ſucco
violaꝝ: ⁊ ꝓprie cū volueris ſoluere materiā iam collectā
¶ Syrupus ad colicā nō verā que eſt ex lapide renum.
℞. camedreos: camepitheos: ſenationū: ⁊ cretanoꝝ mari
norum: paritarie: capiľ. veneris: os mūdi calēdule: ſcolopē
drie cum radice endiuie: cum radice cicoree: epatice: bu
gloſſe: acrimonie: ſicle pentafilon: filipendule: ana. M.i.
gnq3 radicū cōium: aā. ℥.i. liquiritie: maluaꝝ: ſemis viola/
rum: floꝝ boraginis: acori: enule: radicū iris: radicū cardo
nis: ⁊ arundinis: ſaxifragie: milei: ſolis: aā. ℥.i. ſileris: aniſi:
feniculi: ſe. apy: ameos: cordumeni: petroſelini: macedo/
nici: aſari: meu. ſquināti: aā. ℥.ſ. caricas. x. ſemis vrtice. ra/
dicis rafani: ana. ℥.i. ſemis ſparagi: bruſci: caſſie lignee: ana
℥.ſ. prunoꝝ ſebeſten: ana. xxx. ſeminū cōmunium: ciceruꝫ
nigroꝝ: aā. ℥.iiij. ſeminū lactucaꝝ: portulace: ſcariole: ana
℥.ſ. ordei mū. ptez. i. gūmi: dragāti: lapidis iudaici: lapidis
q īuenit̄ in ſpōgia marina: aā. ℥.i. medulle oſſium ceraſo/
rum: betonice: ana. ℥.i. ariſtoľ. longe: ⁊ rotunde: ana. ʒ.ij. al
chechengi. ℥.ſ. paſſulaꝝ enucleatarum: çuccari: ana lib. ij.
mellis roſati: lib. ſ. ſucci capil. veneris: ſucci ſcabioſe: ſucci
vrticarū paruaruꝫ depurataruꝫ. ana lib. ſ. aceti. ℥.iiij. ⁊ ſit
radicū vel ſquilliticū. Et quādoq3 addit̄ cū volueris ꝙ la
xet hermodactilorū: ⁊ cortic̄. radicis celſi: ana. ℥.ij. polipo/
dy. ℥.iiij. Et aromatiçet̄ cū cinamomo. cubebe ⁊ ſpica.
¶ Electuaria ad colicā frigidā: dyacalamētuꝫ: dyambra
Et fortius eſt dyatrion. Et ad vētoſam dyagalāga. confe/
ctio de ſeminibus. Et fortiꝰ eſt dyaciminum ⁊ tiriaca anti
qua: ⁊ filia. Ad eaꝫ q̄ eſt ex ꝯſtipatione facit dyacaſiafiſtu
latum: ⁊ dyaprunis: ⁊ valēt etiā ad colicā calidaꝫ: ⁊ dyaro
don: ⁊ triſandalū: quoꝝ deſcriptionē ſupra habuiſti in an/
tidotario noſtro. ¶ Trociſcos ex p̄dictis ſimplicibꝰ poſ/
ſes ēt ꝯficere eligēdo ꝓpria tue itentioni. Siľr ⁊ potiones
ad maturationē: ⁊ reſolutionē nature per vomitum vel ſe
ceſſum. ⁊ plures in antidotario noſtro eligere poteris ad
hanc egritudinē ſi volueris. ¶ Ex pillulis ad colicā frigi
daꝫ flegmaticā ſunt pillule de ſerapino: de ſarcocolla: de
oppoponaco: pillule fetide noſtre. pillule de euforbio. de
coloquintida. ¶ Pillule de quatuor rebus expertiſſime
℞. coloquintide: ſerapini: ſalis gēme: dyagridy cocti: ana
partes equales: terant̄ ⁊ cōficiant̄ cum ſucco porri: a. ʒ.i.
vſq3 ad. ij. ¶ Ad ideꝫ. ℞. yere magne: ⁊ ꝓprie logodion ⁊
cologntidos: ⁊ benedicta ⁊ iuſtinū ad nefreticaꝫ filantro
pos. ¶ Ad colicā calidā ⁊ colericā pillule de yera Hali.
de reubarbaro. ℞. pulueris yere. H. ʒ.ij. agarici: reubarba
ri. ana. ℈.ij. vel dyagridy cocti. Informent̄ pillule cū ſuc/
co roſarū. ¶ Et pillule noſtre: quas in noſtro poſuimꝰ an
tidotario: que valēt ad febres colericas: ⁊ egritudines de
genere colere citrine ⁊ ſanguinis. Et ad melancoliam.
¶ Pillule de collogntida: de lapide armeno: ⁊ de lapide
laçuli. ¶ Et ex emplis ad colicā ⁊ yliacā frigidam eſt em
plaſtrū de granis lauri: ⁊ de aleis: ⁊ relatū ad andromacū:
⁊ relatū ad eraſiſtratū: ⁊ ſinapiſmū: ⁊ relatū ad androma/
cum cauteriçās vbi opꝫ. Et emplaſtrū ad colericaꝫ eligas
ex his que dicta ſunt in cura icteritie. Et ex p̄dictis ſimpli
cibus cōponere poteris: ꝓut opꝫ. Et ſiľr vnctiones ⁊ cerota
Et ex euaporatiōibus: quedā ſunt humide: vt ſunt ex ſpō
gys: filtro: coto: vel lana: ⁊ īfuſis in aqua decoctionis pre/
dictorū anodinorū. Et quādoq3 ipletur ex ea vas eneum
vter: vel veſica: ⁊ applicet̄ vētri ⁊ hypocūdrys. Et quādo/
q3 buliūt extenuātia vētoſitatem. Et quādoq3 faciūt ſa/
celli. ex q̄bus q̄dam ſunt ſicci. q̄dam ex ſale ⁊ milio vel pa
nico fiūt: nec valēt niſi in materia hūida ⁊ vētoſa. Et quā/
doq3 ex paritaria in vino cocta: ⁊ q̄dam ſūt tpati: vt q fiūt
ex camōilla: abſinthio: ⁊ ſe. lini: ⁊ q̄dam ex alys: puta ſe. li
ni: fenugreco: radice altee: violʼ. malua: camomilla: melli/
loto: ⁊ ꝓprie in colica nefretica cū bulierit in aqua: ⁊ vino
⁊ applicent̄ ſupra renes. Et balnea quoq3 ⁊ olea que ad
frigidā ſunt oleū anetinū de abrothano: de lilio: qḋ hꝫ vir
tutē tiriace: oleū onfacinū: ⁊ vltimū eſt oleū apoſtoloruꝫ.
Et ad vētoſam oleum rutaceum nardinum: ⁊ de enula: ⁊
de cherua ad vtrāq3. Ad calidam oleum ro. ⁊ violarum: ⁊
de ſe. melonum: ⁊ de ſcorpionibus ad nefreticam inunctū
ſupra renes. Et ad vtrāq3. ſ. veram ⁊ nefreticā: ⁊ oleum de
piperibus. Uentoſe quoq3 debēt eē magne cuꝫ multa flā
ma: ⁊ ſint de vitro: vel cornu: vel de argilla.
¶ Cliſtere educens flegma groſſum ⁊ ventoſitatē ſi xp̄o
placuerit. ℞. rubee. M.i. ſcordeon. ʒ.ij. cimini: aniſi. ana. ℥.
i. bacarum lauri. ℥.ſ. aſſe fetide. ʒ.ij. mellis ⁊ ſalis ana. ℥. i.
buliant in oleo antiquo: vel vino veteri: ⁊ fiat cliſtere.
¶ Unctio ex butiro cōfecto cum puluere colloquintide
ſupra vmbilicum ſoluit ventrem: ⁊ curat colicam ſi oco

placuerit. ¶ Cliſtere benedictum pro nobilibus cuꝫ ſua/
uitate educens flegma ⁊ melancolicum humorem: reſol/
uit oēm vētoſitatē: ⁊ ſanat colicaꝫ. ℞. aniſi triti: polipody
triti: añ. ℥. ij. buliāt cū aqua lactis caprarū lib. v. ⁊ diſſolue
ſpere pigre. ℥. i. mellis. ℥. ij. ſalis. ℥. i. olei viol. fac cū reitera/
tione ſi oportcat. ¶ Regimē pſeruatiuū a colica ⁊ ileon
cū apparēt ſigna replōnis ⁊ iceptionis ex. tortione dolore
leuiter ⁊ pūctione opꝫ vt iterdicat̃ repletio: ⁊ iniungatur
abſtinētia ⁊ euacuatio cū vomitu ⁊ fluxu vētris cū cliſteri
bus pdiſtinctis: ⁊ deinde cū aliquo ſolutiuo leui: deinde ſi
expediat cū forti: pmiſſa digōne cū appropriatis vnicuiqꝫ
cauſe replēti. Et ex digeſtiuis bonis in via pſeruatiōis ad
colicā verā ⁊ yliacā. Et etiā nō verā: ſeu ne freticā ęſt ſcdꝫ
iudeum belçamen de thimo: vt ſumat̃ quolibet mane co
clear vnū huius pulueris cū vino albo ſubtili. ℞. ſeminis
aneti: feniculi: apij: fenu greci: añ. ʒ. i. ſ. ſquināti. ʒ. v. Item
aliud. fiat vinū ex triofolio: vel pentafilon: vel betonica ⁊
gramine cōtritis: ⁊ poſitis in vegete cū vinū in videmus
ebulit: de quo ſumat̃ medius ciatus ante cibū cū puluere
çedoarie. Et ex ſolutiuis leuib⁹ eſt talis tragea experta ēt
ſi ſit cū febre vera ⁊ mēdoſa: educit. n. hūores groſſos: qui
ſunt cā vtriuſqꝫ: ⁊ ēt calculos. ℞. turbit boni hermodacti
li: ana. ℥. i. eſule. ℥. ſ. piperis lōgi: çinçib. ſpice ana. ʒ. i. macro
piperis. ʒ. i. croci. ʒ. ſ. ſemis leuiſtici: granorū ſolis: ſeminis
geneſtre: ſaxifragie: ana. ʒ. ij. medule: carthami. ℥. i. çuccari
q̃tum ſufficit. de qua ſumat̃ coclear vnū in menſe: ⁊ deſu
per bibat̃ parū aque tepide. Et ſūt qui addūt caudas gril
loꝝ cicadarū ⁊ cineres ſcorpionū ⁊ cantaridaꝝ in hyeme
⁊ in frigidis circūſtantijs. Eſtate vō ⁊ in calidis nō addan
tur: ſed ſumat̃ loco ei⁹ mel caſſiefiſtule cum aqua liquiri/
tie ſeruato bono regimine. Et eſt vt in pncipio cibi: vel pa/
rum ante ſumat aquaꝫ ciceꝝ nigroꝝ cū ſemine melonis:
deinde ſumat ſubtiliātia ⁊ icidētia: ⁊ a ɔtrarijs abſtineat.
¶ Itē ſumat poſt cibū trageā cōfortatiuā digōnis: ⁊ reſo
lutiuā ventoſitatis: que eſt. ℞. gar. iciſoꝝ. ℥. ſ. galange. ℥. ſ.
çinçib. ℥. i. granoꝝ paradiſi. ℥. iiij. aniſi: feniculi: ana. ʒ. iij. li/
quiritie. ʒ. ij. ſeminum melonum mundatoruꝫ. ʒ. iiij. vinū
eius ſit ſubtile vinoſum.

¶ Caplm. ij. de cura vermium ⁊ medicinis eorum.

q Uia curā vermiū exiſtētiuꝫ: vna ex cauſis colice:
vt patuit p̄cedēti caplo reſeruauimus: vt loque
remur de ea latius eoꝝ genera cās: ſigna ⁊ medi/
camina iueſtigandū pprias cuꝫ ſint accidētium plurium
horrendoꝝ ⁊ mortiferorū: iō de ea ad preſens loquemur
put miniſtrabit grā ſaluatoris. ¶ Sciendꝰ igit̃ q̄ ſcdm
Gali. vermiuꝫ tria ſunt genera. ſ. lūbrici rotūdi aſcarides:
ſubtiles parui: ⁊ tertiū genus eſt eoꝝ qui lati vocant̃ ⁊ cu/
curbitini producentes ſemina ad modum ſeminis cucur/
bite: ceteris longiores: vtpote alternatim ſibi continuan
tes ad modū cordelle: ſeu çagarelle: ſicut ſenſus declarat.
Cauſa aūt in generatiōe ipoꝝ triplex eſt. materialis. local̃
⁊ efficiēs. Materialis eſt humiditas iſipida: alba: viſcoſa
in vnū cōdēſabilis ⁊ cōpactibilis: ⁊ talis eſt fl̃a non colera
rubea: nec nigra lꝫ effundant̃ ad iteſtina cū ſint ſicce diſ/
partibilis ſubē nō ɔdēſabilis bene: ⁊ nimis calide vel fri/
gide ſaporis ɔtrarij: generatōi ⁊ conſeruationi ipoꝝ: vt qꝛ
amari vel acetoſi valde. qbus necant̃. coloris diſſimilis
qꝛ citrini vel nigri: nō ēt ſanguinis: lꝫ ſit ɔueniēs ppter ſa
porē. qꝛ dulcis eſt ad iteſtinoꝝ: tamē vacuū nō effunditur
ſed a nā ſtricte in venis: vt theſaurus ɔſeruet̃ exiſtēs pro/
portiōalis ⁊ neceſſarius generatiōi nutrimēto ⁊ augmen/
to mēbrorū radicaliū. ⁊ carniformiū qbus in colore eſt ſi/
milis nō ſicut vermib⁹. Localis eſt iteſtinoꝝ vacuitas
in qua ipa mā flatis: vt ſuperflua. qꝛ ex digōne ⁊ ciborum
malitia ⁊ regiminis in alijs aggregatur: cuius cōſideratione
eorū generatio in etatib⁹ oībus eſt cōmunis ⁊ in tempore
pportionali eſt magis in qua qui manet ⁊ cōſeruet̃ pre fri
giditate ⁊ circūuolutiōe iporum ab eius adherēte viſcoſi
tate ⁊ pre debilitate caloris ipoꝝ ibi manēs non regulata
corrumpit̃ ⁊ putreſcit: ⁊ ſic calorē accendit. qꝛ cū nequeat
eam cōſumere eius humiditatē reſoluit. ⁊ groſſum cōdē/
ſatuꝫ dimittit: nec rectificat ſic ignis materiā luti putridi
ſibi ſubiectā: quā ɔſumere negt rectificat ɔſumēdo humi
ditatē: vel minuēdo: ⁊ groſſum relinquēdo lapideum: ſic
ipam rectificat cōdēſando: ⁊ cū iſluētia ɔſtellationis coo/
perāte nā corporis formā ⁊ figurā vermiū iprimit in illaꝫ
ad hūc finē vt materiā putreſcibilē in id qō minus maluꝫ
eſt ɔuertat: ⁊ reſiduū putredinis naturalr̃ in iteſtinis ag/
gregāde ɔſum āt ſe paſcēdo ex illa: cuius caloris ɔſidera/
tione: vt diſponētis ipi efficiēti cauſe. dixit hyppo. in affo.
Eos maxime in ſeniorib⁹. i. in pcedētibus vltra etatē dē/
ciuꝫ plātatiuā generari. Ex qbus iā cauſa efficiēs nota eſt
Et eſt triplex. diſponēs. vt eſt calor putredinalis. operans
vt nā. perficiēs: vt ſupercceleſtis iſluētia: put Ariſt. dixit.
ſic. n. eſt videre in aialib⁹ exterioribus mūdi: que nō gene
rant̃ ex ſemine: vt ſunt muſce: ſcarabones qui ex ſtercore
bouis: ⁊ veſpe: que ex carnib⁹ generant̃ equoꝝ corruptis
cū. n. calefiūt a calore ſolari in ipas agēte: ⁊ nequeat ipſas
cōſumere depurant̃ ⁊ cōdēſant̃ in vnū: ⁊ nā ſupercceleſtis
corporis. ſ. cōſtellatio formā ⁊ figurā taliū vermiū diuer/
ſoruꝫ ſcdm diuerſitatē materie ⁊ aptitudinis ei⁹ ad eos i/
primit. vnde Ax. dixit ppter melius: q̄. n. ex putrida tali
materia generent̃ tales vermes ſiue talia aialia meli⁹ ē q̄ꝫ
dimittat̃ ſcdm ſuā putredineꝫ purā: ⁊ vt reſiduū ei⁹ ⁊ alie
cōgregāde putredines ɔſumant̃ ſumpte ⁊ conuerſe in nu
trimētū eoꝝ exiſtentes in aere terra ⁊ aquis multiſqꝫ mo
dis nocine hoībus meli⁹ eſt q̄ꝫ pmaneāt ſic. ¶ Sed cōtra
hoc eſt qō ſequit̃: nā. n. ſi qō melius eſt agit ⁊ minus malū
aget: ſed minus malū eſt q̄ tale flegma putrefactū in ɔca
uo iteſtinoꝝ remaneat que ſunt vt dictū eſt deputata col
lectioni putredinis: ⁊ expulſioni ipſius: colera ru. coadiu/
uāte. ⁊ ex ordinatiōe nature iſuſa in ea ad illud: q̄ꝫ q̄ talia
vermiū genera pcreent̃: ⁊ cū ſuperius dictū ſit q̄ pluriuꝫ
⁊ horrēdoꝝ accntiū freq̄nter ſint cauſa ⁊ mortis: q̄ eqdē
nō ſunt cū in q̄ꝫtitate fuerint moderata: tūc. n. ſolum iuua
mētū qō poſitū eſt faciūt abſqꝫ nocumēto vt ſupra ī ano
thomia iteſtinoꝝ eſt dictū. Sed ſi q̄ꝫtitate ſupfluant cōti
nua vel diſcreta accidētia iducēt plura: ⁊ ēt mortē frequē
ter vt ſtati dicet̃. Nec obſtat q̄ ibi dictū eſt q̄ colera ite/
ſtina habeat expurgare. qꝛ illud eſt nō ſemp: ⁊ tūc quādo
generant̃ ipi: cum tūc occultet̃ colera ⁊ fl̃a abūdet in eis
quo ēt potius obſtruit̃ mittēs colerā ad iteſtina. Et ex acci
dētib⁹ eoꝝ horrēdis eſt qō eſt. qꝛ in loco in quo generant̃
ipi cū tūc occultet̃ cola. ſ. in iteſtinis faciūt accidere coli/
cā ⁊ yliacā: vt ſupra dictū eſt. ſic locū generatiōis eoꝝ nu/
trimēti ⁊ augmēti ɔſeruatiōis pncipalr̃ pūgēdo cōtra nāꝫ
offendūt: ⁊ tūc maxime cū fe. aderit: cū. n. ɔſumat eorum
materiā nutrimenti iſlāmet eos: ⁊ colerā ſuper eos effun
dat ad furiā ⁊ motū in querēdo cibū icitat: ⁊ circūuoluti i
iteſtinis ⁊ acuiliter pungāt: ⁊ quādoqꝫ pfundius tēdunt
fugiēdo: donec iteſtina mirach vētris perforēt: ⁊ cuteꝫ vt
exeāt inde ſicut multi dixerūt: lꝫ ſit raro ⁊ icredibile: ⁊ cō
ſequēter ſubrapiēdo cibū: fames generat̃ canina: ⁊ quan/
doqꝫ boliſmus ⁊ caſus virtutis oris ſtōi ppter aſcēſuꝫ eo/
rū ad ipm: ⁊ tūc quādoqꝫ vomitu expellunt̃ qō eſt abho/
minabile valde: ⁊ quādoqꝫ ifrigidant̃ extrema: ⁊ quādo/
qꝫ per cōpaſſioneꝫ: ⁊ pp vtraſqꝫ diſpōnes pdictas: tremor
cordis magn⁹. Et pp eleuatōeꝫ fumoꝝ ad caput generat̃
ex eis epilepſia ⁊ ſtupor que maxime in hora cōmotionis
iſurgūt: que eſt de ſero: ⁊ hora ſomni: tūc. n. q̄rēdo cibū ſto
macū aſcēdūt: ⁊ ſupiora: ⁊ ſic talia accidētia cauſant. quo/
rum generꝫ diuerſitas a diuerſitate cauſe mālis ⁊ localis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0335-0
DFG

ꝓcedit.mã.n.ipoꝝ flegmatica aut eſt viſcoſa valde iſepa/
rabilis aut parũ aut mediocriter aut pͥma exiſtẽte in ſupe
riorib⁹ iteſtinis.ſ. gracilib⁹ ſeu ileon ⁊ ieiuno: qñq; gñant
lõgiſſimi dicti cucurbitini ex ea q̃ ẽ paꝝ viſcoſa adherẽte
recto ⁊ fecib⁹ corruptis ⁊ ſchibalatis cõmixta gñant rotũ
di aſcarides ſubtiles ⁊ parui.ex media gñant lũbrici õ gñe
lõgoꝝ exiſtẽtes.q2 qñq; ſcõ3 palmum vel cubitũ ꝓlõgati
apparẽt i medijs iteſtinis.ſ. colon ⁊ orbo. Et eoꝝ deterio/
res ſũt lati alijs lõgiores cũ ex mã putrida vehemẽtioris
adherẽtie gñent. Et i loco ſupiorib⁹ pͥncipalib⁹ ſituentur
magis ꝓpiquo.Et min⁹ nociui ſunt parui aſcarides ⁊ ſub/
tiles ad modũ ariſte:cũ a ſupiorib⁹ pͥncipalib⁹ ſint magis
remoti ꝓpinqui ano: vt facili⁹ expellant:l3 ex mã magna
corrupta. Quapp ſi dimittant diuti⁹: vt augmẽtent ⁊ aſcẽ
dãt ſuperi⁹ magis fiẽt nociui cu3 ex magis putrida mã ꝓ/
creent.Sed lũbrici medij ſunt i malitia: ⁊ cũ diu retineã/
tur oẽs febꝛẽ p eoꝝ corruptõe accẽdũt ⁊ augẽt. Et vmes
gdẽ ſua hñt iudicia.Cũ.n.exeũt añq; morbidi fiãt.vel cũ
i febrib⁹ acutis exeũt vermes viui ſignificant virtutis ex/
pulſiue potẽtiã: ⁊ ẽ ſignũ bonũ.cũ vo mortui malũ:qm̃ ibi
multã caliditatẽ mortificãtẽ eos demrant. Et ſi gdẽ puri
exeãt mali ſũt:cũ mãe putrefacte iobediẽtis multiplica/
tionẽ oſtẽdãt.S3 cũ fuerint pmixti fecib⁹ boni ſũt: ⁊ ꝓpe
cũ in declinatiõe emittant vel fine ſtat⁹ nõ i tpib⁹ pͥcunti
bus morbi. Uñ hyp.ingt bonũ ẽ ſi lũbricos admixtos ha
buit.ſ.ſterc⁹ iteſtinis ſtõ ⁊ corpi mãifeſtãt a quo ſtõ ſi või/
tu exeãt: horribil' ẽ ⁊ malus.cũ malos hũores i ſtõ eẽ portẽ
dat:ſi gñent ibidẽ vl' ſi cã q̃redi cibũ aſcẽdãt nã3 ipotẽtẽ
repellere eos demrent.Signa vermiũ q̃dã ſũt cõia oĩ eo
rũ gñi: q̃dã ſũt vnicuiq; ꝓpria.Cõium aũt q̃dã ſunt ſigna
ſũpta ex his q̃ ſequunt accñtib⁹ imediate ipos gñatos: vt
ẽ mordicatio pũctio iteſtinoꝝ ⁊ grauitas percepta: ⁊ ꝯmo
tio q̃ imediate eos gñatos ſequunt: vt dictũ ẽ.veꝝ nõ ſũt
certa ex eo ꝙ talia ex hũoribus colericis ibi retentis fieri
pñt: vt ſupra de dolore inteſtinoꝝ eſt dictu3. Quedã ſunt
ſumpta ex his que mediate ſequunt cũ nocumentũ eorũ
extẽdit ad ſuperiora mẽbra.ſ.ſtomacũ cor ⁊ cerebru3. Et
illa ſunt q̃ dicta ſũt ſupra. Ex quib⁹ ſunt ꝙ ſtridẽt dẽtes ⁊
abſtergũt labia ſp. Et cũ dormiunt accidit eis maſticatio
hñs viciſſitudines ex eo ꝙ cor reſtio eorũ illa hora cõmo
uet imaginatiuã q̃ iperat motiue vt moueat genas ad ma
ſticãdũ: ac ſi comederet ſili mõ. Et hec min⁹ ſũt certa cu3
ex alijs cãis poſſint accidere q̃ ſũt note. Quedã ſũt talia ſi
gna ex ãtecedẽtib⁹ ipoꝝ gñationẽ ſũpta. ⁊ talia ſunt: qm̃ p/
ceſſerit paucitas ⁊ corruptio digõnis guloſitas ⁊ appetit⁹
multus. ⁊ aſſiduatio ciboꝝ flẽcorũ ⁊ corruptibiliũ hñtiu3
gñare ipos ꝓpꝛie: vt lac caſeus ⁊ frumẽtũ: ⁊ ſilia. Et hec ẽt
nõ ſunt necẽaria: nõ.n.neceſſariũ eſt ꝙ ex predictis lũbrici
gñent: ⁊ vermes. Alia vo ſunt ex eẽntialib⁹ ſũpta q̃ cõco/
mitãtia dici pñt vt ſũt ipoꝝ eũo ⁊ apitio exit⁹ eoꝝ p vomi
mitũ vl' ſeceſſu3. veꝝ tñ eoꝝ eũo nõ ẽ ſp: ſ3 cũ ia3. q̃ſi victi
ſũt a nã: vt cretice vel ſinthomatice expellant: q̃re o3 alia
certiora q̃rere: gbus a pͥncipio cognoſcant. ⁊ certe vel pͥdi
cta certificare. Certificant aũt ſi oĩa ſimul ꝯiungant: vel
ſaltẽ fiẽt vnitati magis ꝓpiqua. ipoſſibilis.n.ẽ certa iterio
rũ quorũdã cognitio: vt. G. ait: ſ3 cõiectural' polis. Cũ ergo
ꝯſideraueris ꝙ eſce faciẽtes ad eoꝝ gñationẽ pceſſerunt
⁊ ãtia: ⁊ ſequẽtia ſenſeris accidẽtia q̃ ſũt dcã eos cõiectu
rabis adeẽ. Et cũ i exeũtib⁹ apparebũt vermes p vomitũ
vl' ſeceſſu3 eoꝝ certificabis cognitiõe3. Hec.n.ẽ doctrina
medicoꝝ pͥncipis. G. ſeruãda i dictis ⁊ dicẽdis oĩb⁹ cauſis
⁊ egritudinib⁹ cognoſcẽdis occultis. quoꝝ ſigna nõ ſũt iſe
parabilia nõ pdurãtia: neq; certa p ſe ipa diſticta. Signo/
rũ vo ꝓprioꝝ: q̃dam ſũt lõgis ꝓpria magis vt ſunt cõmo/
tio oris ſtõi mordicatio ipi⁹ cũ pũctiõe ⁊ grauedine: ⁊ hũo
re ibi pcepto: qñq; caſus appetit⁹ ⁊ difficultas trãſglutio/
nis nocumẽtũ ex cibo ⁊ lubricitas: ⁊ flux⁹ ſaliue: ⁊ qñq; no
cent pulmoni ⁊ cordi pp vicinitatẽ ſuã: vñ accid t tuſſis: ⁊
tremor cordis: ⁊ diuerſitas pulſus: ⁊ ſomn⁹ ⁊ exiccatio nõ
ſ3 ordinẽ: ⁊ cũ pigritia: ⁊ accidit prurit⁹ ⁊ ituit⁹: ⁊ palpitatõ
⁊ aptio oculoꝝ cũ decliatiõe ad clauſionẽ: ⁊ accidit eis vt
nũc rubeãt: nũc vo obfuſcent: ⁊ qñq; tẽdunt eoꝝ vẽtres:
⁊ fiũt idropici: ⁊ qñq; ſupuenit flux⁹ vẽtris: cũ lũbricis vo
⁊ rotũdis appetit⁹ ſcõm pl'imũ multiplicat: qm̃ elõgãtur
a ſtõ: q̃re nõ nocẽt ipi. Et rapiũt cibũ: ⁊ cõmouent i tpe fa
mis motu forti nocẽte ⁊ debilitãte vtutẽ. Et ſũt cũ pũctio
ne ⁊ grauedine icidẽte i eo qð ſequit vmbilicũ. Paruos
aũt ſignificãt prurit⁹ ani: ⁊ iſeparabilitas cõmotiõis apud
ip3. Et iuenit habẽs eos grauitatẽ ſub hipocũdrijs ſuis ⁊
dorſo. Et exit⁹ vniuſcuiuſq; generis rectificat cognitiõe3
cuiuſq;. Cura vermiũ ẽ q̃tuor res. pͥma ẽ regimẽ. Si.n.cã
pͥma generationis ipoꝝ eſt malitia regimis i cibis ⁊ i poti
b⁹ ⁊ i alijs diminuẽdo ⁊ corrũpẽdo digõnẽ mlt'iplicãs fla
qð ẽ groſſu3: frigidũ hũidũ ⁊ viſcoſu3. ergo ſi cura ordina/
ta ẽ ꝙ pͥus oporteat cãm abſcindere: pͥmũ erit i cura regi/
mẽ emẽdare. Scða ẽ ipoꝝ iterfectio: vt facile educantur
niſi.n.iterficiant eũoni nõ obediẽt: viui.n. tenent i iteſti/
nis. ⁊ adherẽt ſcõm diſpoſitione3 cui⁹ diſſolutio ẽ difficil'.
